

Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122](http://urn.nbn.de:gbv:ha33-1-148122)

Cupiditatis.

Chyi

Aforia.

Stulta credulitas.

SEx sententias continet. Prima, generalis admonitio est de frenandis cupiditatibus & affectibus cœco & temerario impetu contra iudicium mentis & legem Dei ruentibus, de quibus in IX. & X. præcepto dicitur, Non concupisces. & Cratetis versus citatur, πειρίση δὲ κακῶν πάντων πειρίσθεντος. Cupiditas est primus fons omnium malorum, culpæ & poenæ. *Cave asotiam, & ne assuefas te ad helluationes.* Secunda, Asotiam seu luxum & prodigalitatem, helluationibus & libidinibus bona sua dilapidantem, prohibet. Nam, ut Aristoteles etiam in Ethicis inquit: ἀσωτοι καταπονοῦντες γέγονται πειρότες, prodigi helluones exhausti foenore sunt pauperes. Et οὐδὲ καὶ φρονέοντας εἰς αὐτούς καταβάλλεται, Vinum etiam ex sapientibus stultos facit. Hic tota doctrina de temperantia, Frugalitate, continentia, castitate & vicinis virtutibus ex enarratione VI. & VII. præcepti reperatur. Vocabulum ἀσωτος deriuant à particula priuatiua α, & των, seruo, qui sua seruare, & seruari ipse non potest. *Leuitas est, nimium esse credulum.* Tertia, stulta credulitatem improbat, quæ cum veritate & prudentia & candore pugnat. *σώφρος δὲ απίστας οὐκέτι θεὸν χρηματεύει βροτοῖς,* Prudente diffidentia melius nihil mortalibus, iuxta Euripidem, & Epicharmus inquit: Nervos atq; artus sapientiae esse, Non temere credere. Nec pugnat hoc præceptum cum Pauli dicto: Caritas omnia credit, scilicet credenda, non est liuida, suspicax, maleuola, sed candidè de aliorum voluntatibus indicat, donec probabili ratione potest. *Qui latatur se posse belle scurrari.* Quarta, Scurrilitatem improbat, cui opposita virtus est V R E A N T A S, quæ sine scurrili virulentia aut vanitate ridicula, figuratè vel iocose vel falsè dictis tempestiuè alias admonet, reprehendit, vel delectat. Pertinet ad VIII. Præceptum Decalogi. Scurriram deducunt Grammatici à τυχερούς stercus, unde σκουραγιος matula, qua excrementorum fordes excipiuntur, & Scoria, feces metallorum. *Si quid de proximo audis mali.* Sequentes sententiaz odo de e A N D O R E & E P I E I K E I A loquuntur, quæ silentio tegit aliorum delicta & nœuos, & non indulget malevolentia, luori, obtrectationi, maleficentia, calumnijs & vicinis vitijs, quæ cum V. & VIII. præcepto pugnant. *Dolus & calliditas non est sapientia.* VI. Discernit veram sapientiam, quæ est vera cognitio Dei, & gubernationis consiliorum & actionum vitæ, congruens cum voluntate & verbo Dei: à prophana calliditate & versutia, quæ est celeritas ingenij acutè cernens artes querendi & tuendipotentiam, opes & alia commoda vel præsidia, & premendi vel lœdendi alias: expers veræ pietatis & timoris Dei. Congruit cum Platonis Epitaphio: Πέντε θεοτήτων χρεογονέων δικαιοσύνης καὶ τῆς ἀλητείας δέρεται, τωντερία & σοφία ζωής. & cum germanico Proverbio: *Je gelerter / je verfarter.* οὐτων δέρεται πάπια ψυχάριον, τοστά τα λείω κακά ιεραζόμενον. Quod acutius est ingenium (virtute non excultum) eo plura mala facit. In fine monet, Non tantum ex moribus, dictis & factis, verùm etiam ex vultu & habitu seu vestitu, incessu & risu, de hominis ingenio iudicari posse. Seneca: Et qualis animo est, talis incessu venit.

Caput XX.

Sapientia

*S*ÆPE quis proximum suum obiurgat, sed non satis in tempore, & prudentius faceret, si taceret.

Tempestiæ
admonitio-
nes.

Melius est admonere proximum liberè, quam inclusum tenere odium. Et qui monentem a quo fert animo, huic afferet commodum. Qui in iudicio opprimit per

Tyrannus er-
ḡa pauperes.

vim pauperes, perinde est, atq; si custos Gynacei ipse constupret

virgines, quas custodire debet. Pleriq; tacent, non habentes

Taciturnitas
prudens.

quod respondeant. Quidam autem tacent, expectantes tempus

suum. Vir prudens taceat, donec videat tempus suum. At

præceps & stultus, tempus expectare non potest. Qui multa

garrit, fastiditur, & qui arrogat sibi potentiam, odio habetur.

Pleriq; fortunati sunt in negotijs malis, & id ipsum tamen cedit

Psal. Noli æ-
mulari.

eis ad perditionem. Pleriq; munera sua parum bene collo-

Beneficentia
præcepta.

cant: Econtra sunt qui optime collocant. Qui ostentationi

Modestia.

student, conciliant sibi infortunium. Qui intra modum se conti-

nent, exaltantur. Pleriq; initio paruo precio rem aliquam

emunt, verum tandem eis constat satis magno. Vir sapiens

ornat munus suum suavitate sermonis. At qua stulti donant, ea

sepe deformant ipsi. Dona stulti non ita multum profutura

sunt tibi, nam uno oculo donat, interim septem oculis intentus,

quid hinc ipse venetur. Parum donans plurimum exprobrat, &

instar praconis illud ebuccinat. Hodie mutuat, cras reposit. Hi

minorum homines sunt odio digni. Stultus in hunc modum est

querulus, Cui tandem fidam? Qui dignè respondit beneficijs

meis? Etiam qui edunt panem meum, sinistre loquuntur de me.

O quam sape & quam à multis hic deridetur. Nam his ser-

monibus maiori periculo ruit, quam si caderet de solario. Ita

mali tandem subito cadunt. Homo rudis & agrestis, im-

Futilitas.

prudenter effutit verba, & pergit effundere omnia que in men-

tem illi veniunt. Stultus etiamsi aliquid boni loquitur, tamen

nullius momenti est. Nam non loquitur in tempore. Ple-

rosq; à male operando auertit inopia, atque hi id commodi hinc

Bona consci-
entia.

habent, quod conscientia mala onere carent. Pleriq; pessima

Non facia-
mus mala, vt

patrant, ut tueantur existimationem suam; atq; id faciunt in

veniat bona,

gratiam impiorum. Inuenias, qui patrocinentur alteri in

causâ inusta, atq; eo ipso sibi inimicum faciunt. Mendaci-

Mendacium.

Bbb 4 um in

um in homine turpisima macula est, vulgata tamen apud indomitos & rudes. Ne fur quidem tam sceleratus est, quam homo, qui ad mendacia se assuefecit, sed tamen ad coruos relegatur uterque. Mendacium homini est res turpisima, neque unquam mendax potest recuperare honorem suum. Homo prudens suis sapientibus sermonibus se prouehit ad honores, & vir sapiens charus & gratus est Principibus. Qui agrum suum diligenter colit, auget aceruos suos. Et qui ita se gerit ut apud Principes gratiosus sit, sapè malis Reipub. occurrere potest. Munera & corruptela excœcant sapientes, & capistro frenant os eorum, ne vitia castigare possint. Vir sapiens, qui operam suam denegat Reipub. & thesaurus absconditus, cui hac duo profundunt? Melius est abdi in ocio stultum, quam virum sapientem.

Munera.

Sapiens ser-
uiat Reipub.Admoniti-
ones.

F Arrago est præceptorum de multis variarum virtutum officijs. Ordine igitur numeris eam distinguam. Sapè quis proximum suum obiurgat. I. De Admonitionibus tempestiuis (Nam intempestive qui monet, ille nocet) & de auscultantibus bene monenti, qui secundus gradus est laude dignorum apud Hesiodum, præcipit. Virtutum appellationes sunt C A N D O R & D O C I L I T A S, quæ ad VIII. præceptum Decalogi referuntur. Extant autem aureæ commonefactiones de admonendis amicis & corridentis eorum næuis & erratis in libello Plutarchi, de discrimine assentatoris & amici. Qui in iudicio opprimit per vim pauperes. II. Tyrannidem magistratum reprehendit, qui pauperes, orphanos, viduas & alios iniuste oppressos, quorum defensio & liberatio ipsis commendata est, non modo non protegunt, sed magis etiam opprimunt & deglubunt. Huc totus liber sapientiae pertinet, & Psalmus 82. Deus stetit in Synagoga Deorum. Plurim, tacent, non habentes quod respondeant. III. De prudenti taciturnitate frenante garrulitatem, præcipitantiam, vanitatem seu iactantiam, & rusticum pudorem non loquentem etiam cum opus est. Pertinet ad VIII. præceptum Decalogi. Vir prudens tacet, donec videat tempus suum. Διατάξεις ναυπολεός Ελέγχον. Η ταρεχίων οιδα τα φῶς, η ταρεχίων αισχύναιον εἴπειν. Qui arrogat sibi potentiam, odio habetur. Vani & immodice se prædicantes & preferentes se se cæteris, & quasi regnum inter collegas exercentes, ab omnibus odio habentur. Plerig. fortunati sunt in negotijs malis. IV. Etiam si impij aliquantis per florent & felices successus etiam in malis causis habent: Tamen tolluntur in altum, ut lapsu grauiore ruant: & horribiliter a Deo plerumque etiam in hac vita euertuntur. Pertinet ad doctrinam primi præcepti de prouidentia Dei punientis impios, & ad Psalmum 37. Noli æmulari. Plerig. munera sua parum bene collocant. V. De BENEFICENTIA monuit cap. XII. Bonis & pijs potius quam ingratiss & impijs officia & munera tribuenda esse. Nam bonis quod bene fit, idem esse gratum & graue solet. Econtra beneficia male locata, malefacta arbitror. Quod ostentationi student, conciliant. VI. De MODESTIA continentis se intra suæ infirmitatis & officij metas, nec effrente se supra vires aut extra vocatiōnem,

Chyl

enim, nec ostentante se in augendis pompis supra modum. Nam: Omnibus in rebus modus est pulcherrima virtus, & D e v s superbis resistit, modestis autem & humilibus dat gratiam. *Plerig. initio parvo precio rem aliquam emunt.*

VII. Prudentiae pars est circumspecte cauere, ne mercibus vilis precio venditis, vel etiam donis aut alijs officijs exiguis induci nos patiamur, vt septuplo plura vicissim, magno cum rei familiaris dispendio & factura, refundamus, vt noui equitem, qui alteri equum & vestem holosericam donauit: & vicissim ab illo 3000. aureorum mutuo accepta decoxit, cumque non esset soluendo alter pro suis 3000. florenis, nihil aliud quam damnum cum pudore recipiebat. *Vir sapiens ornat munus suum suauitatem.*

VIII. Beneficentiam monet ornandam esse c o m i t a t e & significatione animi benevoli erga eum cui benefit. Monet item nihil captandum esse beneficijs, sed liberali animo, virtutis causa, liberalitatem colendum esse. *Homo rufus & agrestis, imprudenter effutit.* **IX.** Futilitatem prohibet, de qua & vicinis linguae vicijs cum **VIII.** præcepto pugnantes, adolescentes Euripidis dictum meminerint: *Αχαλίων σούρων τὸ τέλος εὐρύτη.* Effrenis linguae finis est calamitas. *Plerosq. à male operando auertit iniuria.*

X. De bona conscientia, quam pauperes honestis laboribus fere frenantes, faciliter tueri possunt, quam diuites & potentes, qui omnibus cupiditatibus & sceleribus frenos liberius laxant. Cicero: Pecuniam si cui fortuna ademit, tamen dum conscientia & existimatio est integra, facile consolatur egestatem honestas. *Plerig. pessimam patranti, ut tueantur existimationem suam.*

XI. Μὴ κακὸν κακῷ ἴω. Si voles existimationem tuam & bonam famam tueri, non certes maledicentia, conuicijs & alijs malis artibus cum aduersario: sed modeste te defendas, & recte faciendo ac honeste vivendo potius quam scriptis & clamoribus innocentiam tuam declares. Ville interrogatus: Πῶς αὐτοῖς φίλοις τοι εἰχθεῖσι; Quomodo se vlcisci de suo iunctico posset: respondet, αὐτὸς καλὸς καγάφος φρομένος. Si te virum honestum & bonum praestabis. *Mendacium in homine turpissima macula est.*

XII. M E N D A C I U M vituperat, cuius descriptionem & genera diuersa & varia, adolescentes ex **8.** præcepti enarratione repetant: & hanc Salomonis vocem assidue in conspectu habeant. Proverb. 12. Abominatio est Domino labium mendax. *Homo prudens se euehit ad honores.*

XIII. Sapientia & eloquentia sunt nerui euhentes ad gubernationem & familiaritatem Principum & regum: & necessaria præsidia & ornamenta gubernatorum. τοῦ δὲ εὐημένου μορφῆς επέστη. εν δὲ Φρέσει εἰσθετικός. Mente vales, iuncta est secundis gratia dictis: Tales principum amici consilio & autoritate sua toti Republicæ plurimum prodesse, & mala publica lenire & mitigare possunt, videntur: *Σύμβολος καρυαθούσιον καρυαθόν εἴσι.* Bonus consiliarius Principis, est *Qui agrum suum diligenter colit.* Consiliarij regum.

XIV. De sedulitate diligenter faciente labores suæ vocationi conuenientes, τὰ πόνων γὰρ παλαιόν τινι παίστρα τὸν καγάφα θεον. Per labores vendunt nobis omnia bona Dij. *Munera & corruptele excruciant sapientes.*

XV. Διδοὺς πάθει καὶ αἰδούσας βασιλῆας. Munera conciliant Diuos regesque veredos. Demosthenes: *ἐκ Φροντος νοήτη παραπλήγαστοι τὸ δωροδοκεῖν.* Capistro frenatos eorum. Βέσ μοι δὲ γλώσσην κρατερῶν τοῦ λαζανίου οἴγα πατίλην ναι τρεπταντον, Bos, id est, numius boue insignitus, linguam meam calcibus feriens, impedit ne loquar, etiamsi quid dicendum sit, sciam. *Vir sapiens qui operam suam denegat Reipub.*

XVI. Vir sapiens non se in ocium & latitudines Sapiens seruit Reipub.

tebras abdere, sed doctrina, consilio, & industria sua ecclesiae & Reipubli-
cæ seruire debet.

ἀλλωδί ἐν τῷ θεατρῷ τὸν διηγοπάζοντας
ἐσθλὸν, τὸ δὲ τε πολὺ επαγγεῖσκοντα αὐθεωποι,
καὶ τε πόλεις ἐσάντος.

Alterius, Iouis arbitrio, sapientia cordi
Insidet, hic multis prodest mortalibus vnuſ,
Consilioque vrbes seruat.

Seneca epistola 6. In hoc gaudeo aliquid discere, vt doceam. Si cum
hac exceptione detur sapientia, vt illam inclusam teneam, nec enunciem,
reijciam.

Caput XXI.

Iustitia utilis.
Noli amplius peccare.

Docilitas.

Iniustitia &
rapina.

Sapientia &
stultitiae di-
scrimina.

FILI mi, si peccasti, desine à peccato & ora, vt &
præterita tibi condonentur. Deuita peccata quasi ser-
pentem. Nam si nimium prope acceſſeris, punget
te. Dentes eius ut dentes leonis, & occidunt
hominem. Quodlibet peccatum est instar gladij acuti, & san-
ciat insanabiliter. Qui iniuria afficit, & vim infert, tandem
mendicitate plectitur. Homo superbus tandem de domo sua &
facultatibus naufragatur. Nam protinus, cum clamat affi-
ctus, audit Deus & vltio subito veniet. Qui se admonerit non
patitur, hic iam via ingreditur impiorum. Qui timet Deum,
afficitur admonitionibus. Qui autem superbè adhuc insultat,
hunc tamen Deus videt procul, & homo prudens cernit, quod
ille prope interitum est. Qui domum suam edificat opibus a-
lienis, coaceruat lapides ad sepulchrum sibi. Totus cætus im-
piorum est velut floccus stupæ, quam flamma deuorat. Im-
pij incedunt scilicet litostrotho specioso, cuius finis fundamenta
sunt inferni. Qui obseruat mandata Dei, non sequitur so-
mnia capitis sui, & timere Deum ex animo, sapientia est. In
ingenijs illiberalibus frustra est labor educationis. Quidam sa-
tis mentis habent, & tamen plurimum damni dant. Homi-
nis sapientis doctrina fluit ut torrens, & scaturigo viua. Cor
autem stulti est veluti vas plenum rimarum, bac atq; illac per-
fluens, nec doctrinam ullam continere potest. Quando homo
prudens audit doctrinam bonam, laudat eam & late seminat
eam: Verum si audiat eam petulans & contemtor, displicet ei,
& post

Chyi